Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-661512-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-661512-p0002-2

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

DE

# IVRIBVS INDIGENARVM GERMANIAE

QVAM

AVSPICIIS RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

ERNESTI AVGVSTI

DVCIS SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET WESTPHALIAE RELIQVA
SVMMI TOTIVS CAESAREI EQVITATVS PRAEFECTI
NEC NON EQVESTRIS PARITER AC PEDESTRIS
LEGIONIS TRIBVNI CAESAREI

CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

*PRAESIDE*

D. IOANNE RVDOLPHO ENGAV

CODICIS ET NOVELL. P. P. O.
CVRIAE PROVINCIALIS ASSESSORE SCABINORVM COLLEGII SENIORE
ET FACVLTATIS IVRIDICAE H. T. DECANO

*PATRONO AC PRAECEPTORE SVO AETERNVM DEVENERANDO*

AD

CAPESSENDAM DOCTORIS DIGNITATEM

ANNO A SOT. NAT. CIↃIↃCCXLVII. D. XIII. MAII

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

AVCTOR

IOANNES ANDREAS HOFFMANN

IVRIS PRACTICVS.

IENAE LITTERIS IO. CHRIST. CROEKERI.

10
1747, 10a
17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-661512-p0004-3

Ex quo me pro ſummis in vtroque iure honoribus conſequendis diſputationem habere iuſſit Ill. ICtorum ordo, mecum quaeſiui materiam, in qua pertractanda tam patria quam peregrina iura explicare poſſem. Inter alia argumenta menti meae ſuccurrit & arriſit *ius indigenarum*. De quo iam ſecundum leges moresque Germaniae, alio autem tempore, ſecundum Romanorum, Gallorum, Anglorum, Suecorum, Hungarorum aliorumque populorum inſtituta, mihi agere licebit. Erit autem haec diſſertationis meae diſpoſitio, vt, praemiſſis generalioribus, tradantur iura indigenarum a) in imperio, b) in hac vel illa prouincia, c) in hoc vel illo loco.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-661512-p0005-9

§. I.

Hominum diuiſionem in *ciues* & *peregrinos* vix vltimam eſſe, quis eſt, qui neſciat?

* Maiores noſtri peregrinis quidem, dum erga illos hoſpitales fuerunt, eosque victos ſeruarunt, inſignem humanitatem exhibuerunt, neutiquam tamen, quod quoque Francorum tempora docent, eadem iura tribuerunt, quae ciuibus.

§. II.

Quotquot in eodem regno, principatu, locoue habitant, ſocietatis publicae vinculo iuncti, audiunt *ciues, indigenae.*

§. III.

Atque in Germania, quoniam vel *imperii*, cui parent, vel *prouinciae*, cui adſcripti, vel *loci*, quo degunt, intuitu conſiderantur, triplicis generis eſſe dicuntur. Nec praetereundum eſt, quod vnus idemque, diuerſo tamen reſpectu, ciuis & peregrinus ſimul eſſe queat; quod ciues eiusdem generis, ſicuti dignitate, ita quoque iure ſuffragii in cauſis publicis ferendi, honores conſequendi &c., a ſe inuicem differant; itidem, quod eum, qui in prouincia quadam ad imperium pertinente, vel per vnionem relata, ciuis factus eſt, relatione ad imperium habita, ciuem dicere, neutiquam vero imperiali, prouincialis, aut prouinciali, localis ciuis nomen tribuere ſoleamus.

§. IV.

Ciues in *originarios*, naturales, neceſſarios ſiue indigenas in ſenſu ſtrictiori ſumtos, & *receptos*, voluntarios, ſiue, quos alii vocant naturaliſatos, diſtribuere ſolent Docto-
res

(*a*) WILH. LYSERI diſſ. de *iure ciuilitatis* §. 9. HILDEBRAND de *iure ciuium originariorum* c. I. §. 3.

res (*a*). *Illi* vero dicuntur, qui patrem habuerunt ciuem, ſi vel maxime extra bannum ciuitatis in lucem editi (*b*). Sic Fridericus II. Carolus V. Ferdinandus I. aliique, extra Germaniam licet nati, Germaniae tamen ciuibus annumerati ſunt originariis.

* In plerisque tamen Germaniae vrbibus nullus ciuis naſcitur, ſed ciuis filio non niſi breuior via ad conſequendum ius ciuitatis aperitur. GYLMANN *ſymph. conſult.* V. rel. 10. f. 47. 50. WEHNER *obſ. pr. v. Bürger-Recht.*

§. V.

Exterorum in ciuium numerum relatio, modo dato diplomate, modo ſolemniter, raro tamen gratis, peragitur.

§. VI.

Ciues eiusdem imperii, prouinciae, aut loci, tam originarii quam recepti, ſimul ſumti ciuitatem conſtituunt, quae pro diuerſitate ciuium, in *imperialem*, *prouincialem* atque *localem* abit.

§. VII.

Coniungitur ea quandoque cum alia, & quidem vel per *ſubiectionem* * vel per *ſuppreſſionem*, vel per *aequalitatem*, prout nimirum accedens & acceſſa, vnum aut diuerſum corpus conſtituunt, hocque caſu easdem aut diuerſas rationes legesque habent. Itaque vnionis formula exacte notanda erit, vt de ciuitatis, quae ad aliam acceſſit, tam publicis quam priuatis iuribus conſtet.

* Sic omnes prouinciae, ad regnum Arelatenſe vel Italiae referri ſolitae, ſi ducatum Sabaudiae exceperis, adhuc cum



(*b*) PESTEL de *vſu practico controuerſiis imperii publicis iuris Albinagii, praecipue in* §. 23.

regno Germanico vnitae ſunt. Hinc nullus ducum aut principum Italiae, excepto duce Sabaudiae, gaudet iure ſuffragii in comitiis ferendi, aut ſummas dignitates in imperio noſtro conſequendi. Idem olim dicebatur de omnibus omnino prouinciis Slauici iuris, quae tamen poſtea, & quidem citius aliae, aliae tardius, ius ciuitatis Germanicae, modo plenum modo minus plenum, conſecutae ſunt. FRANCKENSTEIN d. de *vſu Albinagii in Germania* §. 16. ſeqq. DITHMAR diſſ. VII. §. 27. ſeqq. Caeterum fata regni regisque Bohemiae, huiusque in collegium electorale introductionem A. 1708. ſolemniter factam eſſe, atque Morauiae, Sileſiae, Luſatiae immo & Miſniae intuitu adhuc hodie nullum votum ferri in comitiis, ſciunt iuris publici dupondii. vid. PESTEL diſſ. cit. §. 9.

§. VIII.

Sunt autem iura ciuium Germanicorum vel *honorifica* vel *vtilia* vel *oneroſa*. Quae omnia ac ſingula vt diſtincte demonſtrari queant, ad

## SECT. I.

### QVA IVRA INDIGENARVM IN IMPERIO GERMANICO DESCRIBENDA SVNT

progredi licebit.

§. IX.

Quod ad honorifica attinet, certum eſt, multisque docebimus, nonniſi Germanos 1) imperatoriam, electoralem aut principalem dignitatem conſequi, 2) officiis imperii vicariis, aliisque ſummis in aula imperatoris fungi

fungi 3) duces militiae imperialis aut circularis conſtitui, 4) vt praeſidis aut aſſeſſoris locum in ſupremis imperii dicaſteriis obtineant, iuberi, 5) in numerum canonicorum cathedralis cuiusdam eccleſiae, referri, 6) equites ordinis Teutonici creari, aut linguae Germanicae ordinis Iohannitici adſcribi, 7) Epiſcopos aut magiſtrum ordinis Teutonici eligi, vel etiam 8) principales poſtarum miniſtros aſſumi poſſe.

## §. X.

Num Auguſtiſſimus imperator S. R. I. indigena ſeu ciuis imperii Romano-Germanici eſſe debeat? tam electionis Friderici II. (*a*) Caroli V. (*b*) atque Auguſtiſſimi Imperatoris FRANCISCI I. (*c*), quam alio tempore diſputatum eſt. Etenim THOMASIVS (*d*) TITIVS (*e*) BILDERBECK (*f*) GVNDLING (*g*) ill. MOSER (*h*) aliique, conſtitutionem Ottonis III. imp., cum coaeui altum de ea teneant ſilentium, ſuſpectam habentes, ſolum Germanum Imperatorem eligi poſſe negant, praeſertim, quum hiſtoriarum monumenta doceant, pe-



(*a*) PEVCER L. V. *Chron. vit. Frid. II.*

(*b*) GE. SABINVS de *elect. & coronat. Carol. V.* T. I. opp. SCHARD. fol. 838. CARPZ. dogm. 3. ad *diſc. vot. ſept.* N. XII. SLEIDAN. lib. I. *de ſtat. relig.* GOLDAST P. I. *polit. imp.* p. 128. aliique.

(*c*) FABRI *Staats-Canzl.* T. LXXXVIII. c. 3. & *Neueſte Reichs-Handl.* T. I. p. 371. 482. 607. 900. ſeqq.

(*d*) In *not. ad Monzamb.* c. 4. §. 5.

(*e*) *Vindic. Vitr. caſtig.* §. 235.

(*f*) *Im Teutſchen Reichs-Staat* P. I. c. IV. §. 7. p. m. 93.

(*g*) *Im Diſcurs über die Reichs-Hiſt.* p. 164. & p. 1026.

(*h*) *Im T. Staats-Recht* T. II. p. 326. ſeqq. Add. THOLOSAN. de *republ.* VII. 15. & cum eo ZECHVS I, de *princ.* 3.

regrinos e. g. Alfonſum, regem Caſtiliae (*i*), Richardum (*k*), comitem Cornwalliae, Eduardum III. (*l*) regem Angliae &c. imperatores a Germanis electos; atque in aurea bulla Tit. II. §. 1. ſolummodo conſtitutum eſſe: *vt homo iuſtus, bonus, & vtilis eligatur in regem Romanorum, futurumque caeſarem, ac pro ſalute populi chriſtiani.* Vnde concludunt, penes electores eſſe, velint Germanum, an peregrinum eligere. Contra adfirmantem ſententiam tenent, SIMON PISTOR. (*m*) HERM. GOEDEN (*n*) ERIC. BERINGER (*o*) AVCTOR *comitiologiae Ratisbon.* (*p*) ANONYMVS apud LONDORP. (*q*) VLR. OBRECHT & GABR. SCHWEDER (*r*) LIMNAEVS (*s*) COCCEIVS (*t*) B. G. STRVV (*u*) HERT. (*x*) KEMMERICH

(*i*) Conf. LEIBNIT. *Cod. iur. gent. dipl.* p. 19.

(*k*) vid. MATTH. PARIS. ad A. 1257. p. m. 807. Add. *dipl. Vrb. Pontif.* in RYMERI *act. Angl.* T. I. p. 762.

(*l*) ALB. ARGENT. *in Vrſtiſ.* S. G. T. II. p. 144. H. KNIGTHON de *euent. Angl.* L. IV. in TWYSDENI *S. Angl.* p. 2596.

(*m*) *Conſil.* I. Q. 1. in *Modeſt.* PISTORIS *Conſil. Tom. I.* f. 679. ſeq.

(*n*) *Conſil.* de *elect. imp. Rom.* Add. MANZII tr. *fund.* de *ortu & progr. imp. Rom.* P. II. tit. n. 7. ſeqq. REINKING. de *reg. ſaec.* L. I. Cl. 3. c. 4. n. 2.

(*o*) in *reſp. iur. ad propoſit. grauiſſ.* quaeſt. *an imp. electio tantum ex gente Germ. fieri debeat?* in LÜNIG. ſcript. ill. fol. 39.

(*p*) P. I. diſc. 2.

(*q*) T. I. diſc. XXX.

(*r*) de *elect. imp.* th. 3. in Vol. II. diſp. p. 66. ſeq.

(*s*) *iur. publ.* II, 2, 83. VII. 25. VIII, 1. LIMN. *enucl.* I, 13. 19. fol. 112. 114. ſeqq. & *addit.* fol. 34.

(*t*) *iuris publ. prud.* C. VIII. §. 3. p. 179. ſeqq.

(*u*) *Corp. iur. publ.* C. VII. §. 8. not. 10. 11.

(*x*) *opuſc.* T. I. p. 293. §. 7.

RICH (*y*) MASCOV (*z*) aliique & quidem eam ob cauſſam, quod Germani antiquitus indigenas elegerint reges, huncque morem (*a*) adeo ſancte ſeruauerint, vt archiepiſcopus Moguntinus A. CIↃ IↃ XIX. in comitiis ad electores ſequentia verba facere nullus dubitauerit: *Vos omnes de tribus ſententiis diſputare exiſtimo: an rex Galliae ſit ad imperium accerſendus, aut Carolus rex Hiſpaniae? an vero ſatis ſit, aliquem eligere ex ceteris Germaniae principibus, qui virtute & potentia alios antecellere videatur? De his omnibus exponam breuiter meam opinionem. De Gallo arbitror nos impediri* NOSTRIS LEGIBVS ET IVREIVRANDO. *Eſt enim diſerte conſtitutum, ne* EXTERO, SED GERMANO *principi imperium commendemus, ne hoc tantum decus ad exteras nationes transferatur, et non modo Germania veniat in ſeruitutem, ſed etiam in Italia, aut ſtatu eccleſiae mutatio ſequatur. Nec vero dubium eſt, regem Galliae eſſe peregrinum principem, et ideo appetere hoc faſtigium, vt ad ſuos transferat* (*b*), quodque, ſi vel maxime neque ab imperatore Ottone III. et Greg. V. Papa cautum, neque in AVREA BVLLA Tit. II. diſpoſitum, vt ſolus Germanus eligatur; tamen in poſtulato illo Ordinum S. R. I. de A. CIↃIↃXXXII. haec verba legantur: *Daß keiner zu der Hoheit eines Römiſch. Königs und zukünftigen Kayſers erwehlet werde, er ſey*

(*y*) *Introductio ad ius publ.* &c. &c. L. III. c. 51. §. 26.

(*z*) *Princip. iur. publ.* L. III. c. 2. §. 11. p. m. 123. Add. de LVDEWIG. comm. ad *A. B.* T. I. p. 319.

(*a*) vid. BROTVFF *in der Anhält. Chron.* L. I. c. 1. & 13.

(*b*) SLEIDAN. de *ſtatu relig.* L. I. p. m. 20. et L. VIII. p. 223. add. PETR. *de* ANDLO de *imp. Rom.* L. II. c. 3. SCHVRZFLEISCH. diſſ. de Fridr. III. Sax. elect. th. XI. BODIN. de *rep.* L. I. c. 10. n. 149.

*ſey dann ohne Mittel von einem Fürſten teutſcher Nation gebohren* (*c*). Addunt denique, metuendum eſſe, ne peregrinus, ſi imperator eligeretur, rempublicam noſtram magis diſturbaturus et deuaſtaturus quam adiuuaturus, ſicque perpetuae ſeditioni anſam daturus ſit. Sed ſi dicendum, quod nobis videtur, lex quidem deficit, imperatorem Germanum, aut Germanis parentibus ortum eſſe iubens, atque Otto III. cum Gregorio V. pontifice de eo conuenit (*d*) *vt in futurum* omne ius et poteſtas eligendi Romanum imperatorem eſſet penes ſolos principes Germanos, nec liceret Romano epiſcopo quemquam proclamare imperatorem, niſi quem proceres Germaniae ad id faſtigium dignati eſſent, poſtulaſſent, euexiſſent (*e*); tamen indigenam prae alienigena eligendum eſſe, non ſolum ex ratione politica, quod Germanus ob innatam propenſionem erga patriam huic magis conſulturus videatur peregrino, ſed et certus de obſeruantia imperii (*f*), vi cuius electores ad originem Germanicam in eligendo rege Romanorum reſpexerunt, prouti ex actis electionis Friderici II. et Caroli V. liquet (*g*), quin ſtatuam nullus plane dubito, praeſertim quum tempore electionis Ferdinandi III. elector

(*c*) GOLDAST. polit. R. *Händel.* II. Th. p. 144.

(*d*) PEVCER. in *chron. Car.* L. IV. ſub rubr. Ott. III. p. 512. LIMN. T. V. Iur. publ. in add. ad L. II. c. 2. §. 83. PFEFFING. *Vitr. ill.* L. I. Tit. 4. p. 410. n. a. et Art. 5. §. 3.

(*e*) FREINSHEM. de *praeced. elect. prae Card.* diatr. 3. §. 24. HILDEBRAND. cit. diſſ. p. 46. §. 2. BILDERBECK c. l.

(*f*) KVLPIS de *obſeruantia imp.* §. 17. ſeq. RVMELIN. ad A. B. diſſ. 4. in corr. SCHWEDERI c. l.

(*g*) Add. not. ad §. X. all. lit. a. et b. Add. FRITSCH. de *elect. Rom. reg.*

elector Moguntinus (*) his verbis vſus ſit: *weiln I. Königl. Maieſtät von hohen Stammen der teutſchen Nation gebohren, und E. Kayſerl. Maieſtät dieſelben als Ihren freundlichgeliebten Sohn von Iugend auf zu der Ehr und Furcht Gottes etc. inſtituiren und auferziehen laſſen etc.* Nec electio Richardi, Alfonſi, aliorumque, nobis obſtat, quum inter diſſidia et turbulentiſſimis temporibus, quibus neminem Germanorum cupido inceſſit adfectandi coronam caeſaream Romano - Germanicam, eorum electio facta ſit, teſte STRVVIO (*h*) et de LVDEWIGIO (*i*).

* Hinc etiam, dum Ottocarus, Bohemiae rex, tempore interregni, imperii coronam peteret, papa circumſedentes apud SIGFRID. PRESBYT. ad A. 1274. ſequenti modo allocutus eſt: *Cum in Alemannia plures principes et comites habeamus, quare vellemus Slauum ad imperium ſublimare.* Helueti etiam poſt Max. I. mortem, apud GOLDASTVM R. *Handl.* P. I. p. 101. exteri electionem diſſuaſerunt, *als wieder den viel hundert Iahr hergebrachten Gebrauch und das alte Herkommen ſtreitend.*

## §. XI.

Num autem Bohemiae regi tam facilis ad imperii faſtigium via pateat, quam aliis Germaniae principibus? forſitan quaeris. Equidem, hanc quaeſtionem adfirmandam eſſe, ſtatuerem, cum rex modo laudatus

 ciuis

(*) Vid. LONDORP. T.IV. L. 3. c. 89. p. 617. ſeqq. Add. GOLDAST. R. *Händel* P.XXIV. p. 963. n. 9. ſeqq.

(*h*) *Corp. iur. publ.* l. c. *und in der vollſtänd. R. Hiſt.* p. 335.

(*i*) Comm. ad *A. B.* T. I. p. 319.

ciuis ſit et elector imperii S. R. G., proptereaque ipſe ſibi inter eligendum dare poſſit ſuffragium. (*k*)

§. XII.

Sicuti munera archiofficialia, neque priſtina aetate, qua ambulatoria erant, demandata ſunt *, aut hodiernis temporibus, quibus facta hereditaria, cedunt peregrinis; ita nec vllus extraneus decorari poteſt electorali dignitate, praeſertim quum haec cohaereat territorio (*a*), quod in non ciues vix poteſt alienari.

* IOACHIMI commentatio *de Archicamerario S. R. G. I.* c. I. §. 10. not. x. Vt ſilentio praeteream verba illa *Speculi Sueuici: Die 4. Layen-Fürſten ſollen Teutſche Mann von Vater und Mutter ſeyn.*

§. XIII.

Solis Germanis dignitates imperiales conferri debere, vel ex eo patet cuilibet, quod Imperatores, qui fons tam ſuperioris quam inferioris nobilitatis audiunt, ad id obſtricti ſint, vt nonniſi eum, qui terras Germanicas poſſideat, Principis vel Comitis ornent titulo (*b*), iuribusque. In Capitulatione, ab inuictiſſimo Imperatore FRANCISCO I. probata, iureiurandoque confirmata, haec legimus (*c*): *Bey Collation Fürſtlicher und Gräflicher, wie auch anderer Dignitæten ſollen und wollen wir zeit unſerer Königlichen und Kayſerlichen Regierung dahin ſehen, damit inskünftige auf allen Fall dieſelbe nur allein denen von uns ertheilet werden*, die - - - im Reich geſeſſen &c. itidem

(*k*) BOEHMER *de reliquiis Iuris Canonici in Imperatoris electione* §. X.

(*a*) MOSER *T. Reichs-Staat* P. VI. cap. 214. §. 46. p. 107.

(*b*) *Capit. Ferdinandi III.* art. 47. *Ioſeph.* art. 43. & ad hunc NITZSCHIVS §. VI. p. m. 738. ſeq. *Caroli VI.* art. 22.

(*c*) art. XXII. §. 1.

itidem (*d*): *auch keine Fürſten, Grafen und Herren in Fürſtlichen oder Gräflichen Collegiis an- oder aufnehmen, ſie haben ſich dann vorher darzu* mit einem Immediat-Fürſtenthum, reſpectiue Graf- oder Herrſchaft, genugſam qualificiret &c.

§. XIV.

Sic quoque officia imperii vicaria, quae hodie ab electoribus ſecularibus (*e*), plerumque feudi titulo, conferuntur*, Teutonicis cedunt familiis. Idem fere de munere Vice-Cancellarii imperii **, *eines Reichs-Hof-Vice-Cantzlars* (*f*), quod Archiepiſcopus Moguntinus, non obſtante eo, quod Archiepiſcopus Colonienſis regni Italiae, & Treuirenſis Arelatenſis regni archicancellariatu potiti ſint, ſolus confert (*g*), dicendum eſt (*h*).

* Electores, in conſtituendis ſubofficialibus imperii, quandoque Imperatoris reliquorumque Electorum conſenſum requiſiuiſſe, tradit STRVV d. *de ſubofficialibus imperii* c. 1. §. 9.

** Huius munus delinearunt VFFENBACH tr. *de conſilio Caeſareo imperiali aulico* c. VIII. ſect. 2. & Generoſ. FRIED. de SCHWARTZENFELS d. *de Epiſcopo Vice-Cancellario Imperii* c. I. §. 23.

§. XV.

Nec minus Germani, & quidem originarii, debent eſſe ſummi in aula imperatoris miniſtri, quos quandoque vocant



(*d*) art. 1. §. 5.

(*e*) IORDAN de *Archipincernatu* c. XI. §. 8. LIMNAEVS ad *A. B.* c. 27. §. 6. obſ. 3. V. GÜNDERRODE *Abhandlung des T. Staats-Rechts* lib. V. c. 3. §. 5.

(*f*) *Capitul. Caroli VI.* art. 25.

(*g*) *Capitul. Ferdinandi IV.* art. 41. *Leopoldi* art. 40. *Caroli VI.* art. 25. *Caroli VII.* & *Franciſci I.* art. 25. §. 1. LIMNAEVS ad *A. B.* c. 27. §. 2. obſ. 5.

(*h*) COCCEII *iurispr. publ.* c. XI. §. 10. 11. 12.

vocant *imperialis & regalis curiae quotidianos miniſtros*, *Hofbeamte*, *Kayſerliche und Reichs-Beamte am Hof*, *Haus-Beamte* (*i*). Etenim in capitulationibus imperatoriis, praeter iſta generalia (*k*): *die Königliche und des Reichs Aemter mit keiner andern Nation*, *denn* gebohrnen Teutſchen, *zu beſtellen*, multa ſpecialia leguntur. Ex quibus pauca, conſilium caeſareum ſecretius, munera ſic dicta aulica, & protectionem Germaniae concernentia, in medium proferre licebit. De *hac* & *illis* ſequentia legimus (*l*): - *Sollen und wollen unſere* Kayſerliche und des Reichs Aemter am Hof, *und die wir ſonſten in- oder auſſerhalb Teutſchland zu vergeben und zu beſetzen haben*, *als da ſeynd* Protectio Germaniae, Geſandſchafften, Obriſten-Hofmeiſters, Obriſten-Cämmerers, Hof-Marſchallen, Hattſchier- und Leib-Guarde-Hauptmanns, *u. d.* mit keiner andern Nation, denn gebohrnen Teutſchen, oder mit denen, die aufs wenigſte dem Reich mit Lehen Pflichten verwandt - - - *beſetzen und verſehen*; de *iſto* autem haec extat diſpoſitio (*m*): *Wir wollen auch* - - - unſern Geheimden Rath - - - *nicht allein aus unſern Unterſaſſen*, *Unterthanen und Vaſallen*, *ſondern mehrentheils aus denen*, ſo im Reich Teutſcher Nation anderer Orten gebohren und erzogen, *beſetzen*.

§. XVI.

(*i*) MOSER c. l. P. VI. lib. II. c. 26. §. 2.

(*k*) *Capit. Caroli V.* art. 13. *Ferdinandi I.* art. 12. *Rudolphi II.* art. 12. *Matthiae* art. 13. *Ferdinandi II.* art. 11. *Ferdinandi III.* art. 15. *IV.* art. 41. *Leopoldi* art. 40.

(*l*) *Capit. Leopoldi* art. 20. *Caroli VI. & VII.* art. 23. *Franciſci* art. 23. §. 4.

(*m*) *Capit. Ferdinandi IV.* art. 41. *Ioſeph.* art. 39.

## §. XVI.

Neque ſummum militiae imperialis ducem, quem olim *Hauptmann, Obriſt-Hauptmann, des Heil. Reichs gemeinen- und Obriſten-Hauptmann*, poſtea *Feld-Hauptmann, Obriſt-Feld-Hauptmann, General-Obriſten*, denique *Feld-Marſchall, Feldherrn*, Generaliſſimum vocarunt (*n*), atque vel ipſi elegerunt, vel eligendi poteſtatem, mox limitatam mox illimitatam, in Caeſarem transſcripſerunt ſacri imperii noſtri Ordines (*o*), neque alios, in praefectorum praecipuorum numero conſtitutos, neque conſiliarios militares, ex alia atque Germanica natione deſumi iubent leges *, vſus ** atque ratio. ***

* Etenim ſcriptum eſt *R. I. Wormat.* de A. 1521. §. *demſelben Volck* - - - Teutſche Hauptleute und Kriegs-Räthe *zugeordnet werden. Ratisb.* de A. 1541. §. 45. vbi verba: *Welcher dem Werck, zu der Kayſerl. Maj. und des Reichs Ehre, Nutz und Wohlfarth, vorſeyn möge*, doch aus dem Heil. Reich Teutſcher Nation. *Spirenſ.* de A. 1542. §. *Als nun &c. Ratisbon.* 1566. §. *Nachdem ferner* & 1603. §. *Und demnach &c. daß verſuchte Kriegs-Perſonen* aus dem Teutſchen im Heil. Reich geſeſſenen Adel - - - *ſollen in Erſetzung der Kriegs-Befehl vor fremden in Conſideration gehalten werden.* Vid. MOEGLING c. d. c. 2. §. 20. STRYK *de iure militiae imperialis* c. 3. §. 4. Clariora ſunt verba *Capitulationis Ferdinandi III.* art. 15. *Wir ſollen und wollen auch* - - - unſern Kriegs-Rath und hohe Kriegs-Officia *mit keiner andern Nation, denn* gebohrnen Teutſchen - - - *inskünftige beſetzen und verſehen*; quibus anſam praebuiſſe videtur reſponſum, quod Electoribus, de Wallen-



(*n*) MOEGLING *de ſummo militiae imperialis praefecto, von des Heil. Röm. Reichs Feldherrn* c. I. §. 5.

(*o*) STRYK *de iure militiae imperialis* c. III. §. 10.

lenſteinio conquerentibus tulit *Ferdinandus II*, ita ſe habens: *Weder des Heil. Reichs Ordnung, noch auch das Herkommen ſchreibe dem Kayſer einige Maaß vor, wen derſelbe zu General-Befelchen gebrauchen ſolle.* LIMNAEVS ad *A. B.* c. 15. p. m. 702. STRYK de *iure militiae imperialis* c. III. §. 9. DITHMAR diſp. VIII. §. 25. Denique in *Capitulatione Leopoldi* art. 40. maior libertas Caeſari conceſſa eſt, quoniam verba ita ſunt concepta: *Wir wollen auch* unſern Kriegs-Rath, wenn wir des Heil. Reichs wegen im Krieg begriffen, *mit Fürſten - - - und nicht allein aus unſern Unterſaßen, Unterthanen und Vaſallen, ſondern mehrentheils* aus denen, ſo im Reich Teutſcher Nation, anderer Orten gebohren und erzogen, *dann, nach Standes-Gebühr angeſehen und begüthert - - - beſetzen und verſehen.*

** LIMNAEVS ad *Capitulationem Caroli V.* art. 13. qui ſimul docet, exempla contraria a ſtatibus imperii reprobata eſſe, c. l. p. 201. ſeq.

*** Ciuis enim ciuitati maiorem fidem praeſtat, quam extraneus. MOEGLING c. d. c. 2. §. 20.

## §. XVII.

Etiam duces militiae circularis fieri nequeunt, niſi iuris Teutonici participes, atque circulo, cuius militiae praeeſſe volunt, adſcripti (*p*), ſedeant caeteroquin in regno Germaniae, an extra illud (*q*). Sic Chriſtianus IV., Rex Daniae, a ſtatibus circuli Saxoniae inferioris Dux electus eſt, hocque munus, contradicente licet & adverba R. I. de A. 1555. §. 59. prouocante, Ferdinando II. Imp., tamen adminiſtrauit. Illud denique praeterire nequeo, quod ſtatibus huius circuli, ducem in alio circulo poſſeſſionatum eligere vix ſit prohibitum (*r*).

§. XVIII.

(*p*) *R. I. Aug.* 1555. §. 56.

(*q*) DITHMAR c. d. §. 26.

(*r*) *R. I. Aug.* c. l. ap. LVNIGIVM *Corp. Iur. milit.* f. 47. STRYK *de iure militiae circularis* c. 3. §. 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-661512-p0018-1

## §. XVIII.

In ſummis imperii tribunalibus neque iudex neque aſſeſſor conſtitui poteſt, niſi Germanus. Cuius rei probatio tam ex Capitulationibus Caeſareis, quam ex ipſis Ordinationibus a quoque iudicio ſeruandis, deſumitur facile. Etenim in ordinatione iudicii imperialis aulici a Ferdinando I. publicata haec leguntur: *mit anſehnlichen, erbarn, frommen, geſchickten und gelehrten Perſonen,* aus dem Reich, *und unſern Nieder- und Ober-Oeſterreichiſchen Landen - - - erſetzen* (*s*). Et vnicum vocabulum: GEBOHREN addit Ordinatio, condita ab Imp. Rudolpho II. (*t*). Atque Imp. Matthias, quia in capitulatione iureiurando promiſerat (*u*): *Inſonderheit aber wollen wir unſern - - -* Reichs-Hof-Rath *mit Fürſten, Grafen, Herren und von Adel, auch ſonſten ehrlichen Leuten, ſo* im Reich Teutſcher Nation erzogen und gebohren, *darinnen begütert, - - - beſtellen*, ordinationis verba ita concipi iuſſit (*x*): *Unſer* Reichs-Hof-Rath *- - ſoll iederzeit mit einem - - - wohlqualificirten* Praeſidenten, der ein Reichs-Fürſt, oder aufs wenigſte ein Graf oder Herr, *dann auch mit gnugſamer Anzahl der Räthe, gleichfalß von Fürſten - - -* ſo im Reich Teutſcher Nation, und deſſelben 10. Creiſſen, *unausgeſchloſſen unſer Nieder- und Ober-Oeſterreichiſchen Landen, gebohren und erzogen, - - - auch darinnen begütert ſeyn, beſetzet werden.* Ferdinandus III. ita dispoſuit (*y*): ſo im Reich Teutſcher Nation gebohren, erzogen

(*s*) Vid. VFFENBACH *de conſilio caeſareo-imperiali aulico* c. 4. ſect. 2. §. 9. c. 6. ſect. 1. ſubſect. 2. f. 16.

(*t*) tit. 2. §. f.

(*u*) art. 40.

(*x*) tit. 1. ap. 10. CHRISTO. V. VFFENBACH tr. *de conſilio caeſareo-imperiali aulico*, mantiſſ. 1. f. 21.

(*y*) tit. 1. ap. Eund. c. 1. f. 51.

zogen, - - *bevorab auch darinnen begüthert* - - - Quae in capitulationibus Imp. Leopoldi (z), Ioſephi (a) & Caroli VI. (b) de qualitatibus Praeſidis, Vice-Praeſidis, & reliquorum Aſſeſſorum Conſilii imperialis aulici conſcripta leguntur, omnibus nota ſunt atque perſpecta. Hinc ea lubens praetereo. Quin tamen verba Capitulationis inuictiſſimi Imperatoris noſtri FRANCISCI, referam, me temperare nequeo. Sunt autem ſequentia (c): *Deßgleichen ſollen und wollen Wir unſern Reichs-Hofrath mit Fürſten, Grafen, Herren, von Adel* - - - - aus denen Reichs-Creiſen *beſetzen, und zwar nicht allein aus unſern Unterſaßen, Unterthanen und Vaſallen, ſondern mehrentheils* aus denen, ſo im Reich Teutſcher Nation anderer Orten gebohren und erzogen &c. itidem (d): *Wir ſollen und wollen auch bey ernannten unſern Reichs-Hofrath keinen zum Præſidenten und Vice-Præſidenten beſtellen, es ſey dann derſelbe* ein Teutſcher *Reichs-Fürſt &c.*

## §. XIX.

Sic etiam, vi Ordinationis Cameralis (e) & Receſſuum Imperii (f), iudicii Cameralis iudex & aſſeſſores, ex Germanis, *aus dem Reich Teutſcher Nation gebohrnen*, debent eligi (g). Quod inſtitutum omnino pium eſt iuſtumque. Maior enim praeſumtio cognitionis Germanicarum conſuetudinum legumque, quae in ſententiis

(z) art. 40.

(a) art. 39. 40.

(b) art. 24.

(c) art. 24. §. 1. 2.

(d) eod. art. §. 11.

(e) de A. 1495. tit. 1. §. 1. de A. 1555. P. I. tit. 3. §. 1. 2.

(f) *R. I. Aug.* de A. 1548. §. 23. 24.

(g) MYNSINGER *cent.* IV. *obſ.* 30. BILDERBECK c. l. P. VII. c. 4. §. 5. nr. 2.

tiis ferendis primario debent attendi (*h*), pro Germano, quam pro extraneo militat.

## §. XX.

Itidem in plerisque eccleſiis Germaniae cathedralibus ſtatuto diſpoſitum, moribusque probatum eſt, vt nemo, licet precibus primariis (*i*) aut mandato apoſtolico inſtructus, in canonicorum numerum recipiatur, niſi inter alia doceat, ſe germanum eſſe originarium. Id quod vel ex grauaminibus nationis Germanicae, quae Oratori Papali in Comitiis Germanorum Principum Norimbergae habitis ſunt oblata *, teſtimoniis doctorum (*k*), atque lite illa, de recipiendo IACOBO de BOVILLE in numerum Canonicorum Wormatienſium, inter capitulum Wormatienſis eccleſiae & Romanum Pontificem orta **, praeſertim ex literis, quas, poſtquam capitulum Wormatienſe, auctoritate papali, a REMVLO FABRY, Abbatiae Imperialis Malmundarienſis Priore, excommunicatum erat (*l*), Archiepiſcopus Moguntinus, protector nobilitatis Germanicae ***, & Archiepiſcopus Treuirenſis (*m*), ad Pontificem, nec minus Ordines Imperii ad Imperatorem & Pontificem miſerunt (*n*), conſtat ſatis ſuperque.



(*h*) *Ord. Cam.* P. I. tit. XIII. §. 1.

(*i*) Ill. AYRER comment. *de iure primar. precum* c. VI. §. 5. p. 194. Conſult. IENICHEN *von dem Rechte der erſten Bitte einer Röm. Kayſerin* §. 9. ſq. Dn. PRAESES *Elem. iur. Can.* lib. II. §. 385.

(*k*) BOEHMER *I. Eccl. Prot.* III, 5, 91. RICCIVS *von dem Landſäßigen Adel in Teutſchland* P. II. c. 9. §. 9.

(*l*) FABER *St. Canzley* P. V. c. 4. faſc. 1. nr. 1.

(*m*) ibid. p. 130.

(*n*) ap. Eundem l. c. p. 133. 135.

* c. 21. cuius verba finalia ita ſonant: *Quapropter S. R. I. Status obnixe quoque rogant, vt praefata onera atque grauamina - - radicitus ac penitus tollantur & auferantur*, ITA VT BENEFICIA PER GERMANIAM NEMINI, QVAM NATIS GERMANIS, *qui perſonaliter ea poſſideant - - poſthaec conferantur ac concedantur* Vid. SCHILTERVM *de libertate eccleſiarum Germaniae* lib. VII. c. 2. §. 10. p. 874. ſeq.

** Capitulum enim indefeſſe prouocauit *auf kundbares Herkommen der Teutſchen Ertz- und Dohm-Stifter, auf die Wormſiſche Statuta und Obſeruanz.* Vid. *des Wormſiſchen Dohm-Capituls Memorial an die Catholiſche Geſandſchaften zu Regenſpurg* ap. FABRVM *Staats-Cantzley* P. V. p. 123. ſeq.

*** In quibus haec verba notatu digna occurrunt: *In Germania* NONNISI GERMANI AD ECCLESIAS CATHEDRALES - - - *admitti poſſunt, ex eo inter alia, quod ex gremiis harum eccleſiarum eligantur epiſcopi & S. R. Imperii Principes, cuius dignitatis exteri non ſunt capaces;* ap. FABRVM c. l. p. 127. ſeq.

## §. XXI.

Porro, quo minus Equites ordinis Iohannitici in lingua Germanica fieri, ſicque commendas & penſiones conſequi poſſint exteri (*o*), impediunt, praeter obſeruantiam, Ordinis Priuilegia ac Statuta*, Caeſarea Reſcripta**, & Concluſum trium collegiorum ratificatione Caeſarea probatum ***.

* In Statutorum Ordinis Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, Romae 1588. editorum titulo II. c. 14. haec leguntur: *Qui ordinem noſtrum ingreſſurus eſt, probabit, ſe eſſe*

(*o*) WOLF *de ſacris ordinibus equeſtribus, eorumque iuribus* §. 17. p. 27. OSTERHAVSSENS *Statuta, Ordnungen und Gebräuche des Ritter-Ordens S. Ioannis von Ieruſalem.* RICCIVS c. l. cap. 8. §. 4. p. 330.

*eſſe natum in illius linguae aut prioratus limitibus, in quo ſe recipi poſtulabit.*

** Vid. dehortatorium de A. 1700. ap. FABRVM *Staats-Cantzley* P. XI. c. 6. p. 233.

*** *Reichs-Gutachten vom* 5. Iul. 1706. *und Kayſerl. Ratifications-Decret vom* 25. Mai. 1707. ap. BECKMANNVM *in der Beſchreibung des Ritterlichen Iohanniter-Ordens* app. nr. V. p. 45. ſeq. FABRVM c. l. p. 235. *Diploma Caeſareum confirmationis & ampliationis priuilegiorum equeſtris Ordinis S. Ioannis Baptiſtae Hieroſolymitani* de A. 1708. nr. 44. ap. EVNDEM p. XVII. p. 853. LVNIGIVM *ſpicil. eccleſ.* P. I. contin. append. f. 190.

§. XXII.

In religioſam militiam Ordinis Teutonici, alii, praeter Teutones, recipi nequeunt (*p*), vt vel Ordinis fundatio, nomen & ſtatuta * innuunt (*q*). Qua de re BARONIVS (*r*), PAGI (*s*), aliique his verbis vſi ſunt: *cenſitos ſub eo ordine eſſe nonniſi nobiles*, EOSDEMQVE GERMANOS.

* In quibus renouatis c. 1. 2. ſequentia legimus: *ſein Begehren dem Land-Commenthur und Capitel neben den gemahlten Wappen und Nahmen der Adelichen Ahnen, 8 von Vater und 8 von der Mutter*, ſo des Teutſchen Geblüts ſeyn, *ſchrifftlich übergeben - - - der in den Orden zu kommen begehrt, ſoll von alten Adelichen Rittermäßigen Stammen ehelich gebohren, - - - und* von Teutſchen Geblü-



(*p*) GÜNDERRODE *Abhandlung des Teutſchen Staats-Rechts* lib. V. c. 8. §. 19.

(*q*) VENATORIS *Hiſtoriſcher Bericht vom Marianiſch-Teutſchen Ritter-Orden* p. 8. ſeq. BILDERBECK *im T. Reichs-Staat* To. II. c. 4. §. 16.

(*r*) *Annal. Eccl.* To. XII. ad A. 1198. f. 1111. ed. Mogunt. de A. 1608.

(*s*) in *breuiarii, Pontificum Romanorum geſta & Conciliorum generalium acta complectentis*, To. III. p. 147.

Geblüthe - - - *ſeyn.* apud LVNIGIVM *Spicileg. eccleſ.* P. I. contin. c. 3. f. 54. 55.

§. XXIII.

Nec minus Archiepiſcopi, Epiſcopi, Magiſter Ordinis Teutonici, Prior Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani per Germaniam, Baliuiae Brandenburgicae rector, *der Herrenmeiſter*, ſiue eligantur, ſiue iuxta ſenium alioue modo conſtituantur, debent eſſe Germani. Quid quod vix erit Abbas principali dignitate coruſcans, praeter Abbatem S. Emmerani, qui ex Germanis non eligatur nobilibus (*t*).

§. XXIV.

Denique Germania oriundi debent eſſe poſtarum magiſtri. Id quod ex capitulationibus Imperatorum recentioribus conſtat ſatis ſuperque. Etenim ibi haec ſcripta legimus (*u*): *So wollen wir, mit Beobachtung deſſen keinesweges geſtatten, daß Churfürſten, Fürſten und Ständen in ihren Landen und Gebieten, wo dergleichen Kayſ. Poſt-Aemter vorhanden und hergebracht, ſolche Perſonen,* welche keine Reichs-Unterthanen ſeyn - - - *angeſetzet werden.*

§. XXV.

Iura ciuium germanicorum *vtilia*, ad quae iam progrediendum eſt, fere haec ſunt: vt 1.) gaudeant facultate de

(*t*) IMHOFF *notit. procerum* c. 23. § 1. GÜNDERRODE c. l. lib. V. c. 9. §. 6. MOSER *im T. Staats-Recht* P. XI. lib. 3. c. 38. §. 76.

(*u*) Capit. *Ioſephi* art. 34. *Caroli VI.* & *VII.* itidem *Franciſci I.* art. 29. Vid. NITZSCHIVS ad *Capit. Ioſephinae* art. cit. p. 547.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-661512-p0024-4

de rebus mobilibus valide teſtandi vbique in Germania; itidem, vt ſuo modo 2.) praedia ciuium ſuorum ſoli acquirere, & 3.) extraneis principibus non ſolum militare, ſed etiam 4.) milites in Germania conquiſitos adducere poſſint. Alia in mentem meam vix incidunt. Etenim ea commoda, quae Germani, non qua tales, ſed qua promoti in ciuitate, eccleſia aut militia Germanica, percipiunt, huc minime pertinere ſtatuo.

§. XXVI.

Germanorum hic & illic in Germania, vel ab inteſtato vel condito teſtamento, decedentium bona cuiuscunque generis, ob ius albinagii fiſco non vindicari, tam certum eſt quam quod certiſſimum. Quis vero hoc germanorum heredibus germanis accommodatum atque vtile eſſe negabit?

§. XXVII.

Quod, Tacito, Caeſare, aliisque teſtibus *, antiquitus fecerunt Germani, adhuc hodie tempore, quo patriae noſtrae pax cum vicinis eſt, facere, nimirum ſub exteris principibus ſtipendia merere, poſſunt **, dummodo in hoſtis vel Germaniae (*x*) vel Chriſtiani nominis haud militent caſtris. Qui ſecus faciunt, vel ciuitatis germanicae iuribus bonisque, vel fama, bonis vitaque priuantur, atque abſentes in effigie puniuntur, eorumque heredes iurium ciuitatis Germanicae incapaces declarantur, prouti Turcae aliusue infidelis, contra Chriſtianos bellum gerentis (*y*), aut hoſtis patriae ſequuntur caſtra. ***



(*x*) *R. Imp. Ratisbon.* de A. 1541. §. 68. ſeq. *Spirenſis* de A. 1544. §. 72. *Auguſtan.* de A. 1551. §. 97. & de A. 1555. §. 43. *Spirenſ.* de A. 1570. §. 4. *Auguſt.* de A. 1582. §. 31.

(*y*) *Ord. Cam.* P. II. tit. 20. §. 5. BLVM *proceſſ. Camer.* tit. 30. §. 34.

* Tacitvs in aureo illo libro *de moribus Germanorum* his verbis vſus eſt: *Si ciuitas, in qua orti ſunt, longa pace aut otio torpeat, plerique nobilium adoleſcentium petunt vltro eas nationes, quae tum bellum aliquod gerunt, quia & ingrata genti quies, & facilius inter anticipitia clareſcunt.* Plura hiſtoricorum teſtimonia collegit HORN d. *de libertate germanorum exteris militandi* §. IX.

** Plana ſunt verba legum Germanicarum, ſpeciatim *R. I. Spir.* de A. 1570. §. 4. *haben wir uns mit ihnen zuvörderſt errinnert, wie es im Heil. Reich Teutſcher Nation von Alters eine löbliche Geſtalt* Teutſcher Freyheit, *um Ehr und Ruhm, mit ritterlichen Thaten,* fremden Potentaten, *ohne alles beleidigen des Vaterlandes und deſſen Angehörigen,* zu dienen, *gehabt. Auguſt.* de A. 1582. §. 31. *Obwohl im Heiligen Reich Teutſcher Nation* von Alters dieſe Freyheit *gebraucht*, fremden Potentaten *um Ehr und Ruhm, mit ritterlichen und löblichen Thaten, ohne alles Beleydigen, ſowohl unſerer, als auch des Heil. Reichs, deſſen angehörigen Ständen, Unterthanen, und Schirmsverwandten* zu dienen. *Capitulatio Leopoldi* a. 16. *Ioſephi* art. 15. *Caroli VI.* art. 4. §. *Und dieweil.* Vid. HORN c. d. th. XI. ICKSTATT d. *de illicitis militum conquiſitionibus in territorio alieno, earumque poenis* §. 9.

*** De quibus *R. I.* de A. 1541. §. 69. ita diſponit: *ſollen ihnen* Weib und Kinder nachgeſchickt, die Güther *als confiſciret* eingezogen, *und ſo ſie wiederum anheim ziehen, und betreten, gefänglich angenommen*, an Leib und Leben *geſtraft, und dero keiner begnadiget werden.* Receſſus vero *Ratisbonenſis* de A. 1641. §. 83. ſtatuit ſequentia: Bey Straf Leib und Lebens, Entziehung aller Haab und Güther, Entſetzung aller Ehr und Würden, Entwehrung der Erb- und Anwartſchafften, Nachſchickung Weib und Kinder, *und daß dergleichen hinführo weiters zu einigen Ehren-Stand, bürgerlichen Aemtern, Handwercken, noch andern Nahrungs-Mitteln zugelaſſen werden ſollen, auch allen andern in vorigen Reichs-Abſchie-*

*ſchieden befindlichen Poenen* der Acht und Aberacht, *daß hinführo von des Reichs Unterthanen, wes Stand dieſelbe auch ſeyn*, ſich niemand mehr in feindliche Dienſte *einlaſſen, noch denſelbigen einige Hülfe, Vorſchub und Unterſchleif leiſten.* Euoluas quoque *Rec. Imp.* de A. 1544. §. 73. & de A. 1551. §. 98. *Capitulatio Ioſephi* art. 15. haec continet: *Wollen wir wider denſelben als* des Reichs Feind, mit Confiſcirung aller ſeiner Haab und Güther, *auch ſonſten nach Anleitung der Executions- und anderer Reichs-Ordnungen, auch gemeinen Rechten, mit aller Schärfe verfahren; dergeſtalten, daß ſelbiger auch an ſeinen* Erb- und Lehenſchaften, Anwartungen und Rechten, auch Haab und Güthern, Aemtern und Dignitæten, *oder auch, da man ihn ertappet*, an Leib und Leben, *die Abweſende Ungehorſame aber*, in ihrem Bildniſs *abgeſtraffet, ihnen und ihren Deſcendenten, ihre Stamm- und ſonſt erhaltene Wappen ferner zu führen nicht geſtattet, noch weniger ſie vor Stift- und rittermäßig iemahls mehr gehalten, ſondern insgemein aller Ehren unfähig erkläret werden ſollen.*

## §. XXVIII.

Reges & principes extranei, qui patriae noſtrae bene cupiunt (z), & in ea milites legendi facultatem, prout decet, impetrarunt, militum conquiſitores adhibere debent eos praefectos aut centuriones, qui ſunt in ciuium Germanicorum, vel originariorum * vel receptorum numero, ſint caeteroquin *principes*, *comites*, dominantes, apanagiati, *nobiles*, immediati, mediati, an *ciuici ordinis* homines, perinde eſt **. Ita enim legibus conſtitutum eſt: *Nachdem auch den Teutſchen Obriſten, Rittmeiſtern und Hauptleuten, vermöge der Teutſchen hergebrachten libertæt und Freyheit - - zugelaſſen und frey iſt, frem-* 

*den*

(z) Müldeners *Capitul. harmon.* art. 15.

*den Potentaten Teutſch Kriegs-Volck zuzuführen, und aber ietziger Zeit* andere, ſo nicht gebohrne Teutſche *ſind, ſich deſſen auch unterſtehen, und gebrauchen wollen, - - - ſo ſoll hinfürter keiner Perſon fremder Nation,* die im Reich oder deſſen Schutz und Schirms angehörigen Landen nicht geſeſſen, *verſtattet werden, Teutſch Krieges-Volck zu Roß oder Fuß, als ein Obriſter, Rittmeiſter oder Hauptmann, anzunehmen.* Milites vero conquirere debent, his ſeruatis legibus: vt non ſolum Caeſari propoſitum humillime ſignificent, & lectorum neque luſtrationem neque dimiſſionem in prouinciis Germaniae futuram eſſe, promittant (*a*), ſed & ſupremo praefecto illius circuli, quo noui milites legendi, aut per quem lecti ducendi ſunt, praeuia ſuarum perſonarum legitimatione, & exhibito mandato authentico, caueant tam ſub hypotheca bonorum, quam per fideiuſſores, eosque ſtatus imperii in eodem circulo poſſeſſionatos, milites lectos neque in prouinciis Germaniae luſtrandos aut dimittendos (*b*), neque per eas cum damno principis cuiusdam, eiue ſubiectorum ducendos aut ad dimicationem contra imperatorem, electores, principes, aliosque imperii ſtatus, eorumue ſubditos & confoederatos ſuſcipiendam, vel ad leges imperii militares ſuperhabendas (*c*), obligandos eſſe. Cuius cautionis formulam in variis Receſſibus imperii delineatam me legere memini (*d*)

* Nati-

(*a*) *Rec. Imp.* 1570. §. 8. 1576. §. 39. 1594. §. 29. 30.

(*b*) *Rec. Imp. Ratisbon.* de A. 1576. §. 39. *Auguſtan.* 1582. §. 33. *Ratisbon.* 1594. §. 30.

(*c*) *Receſſ. deputat. Wormat.* de A. 1564. §. 26. *Reuter-Beſtallung* de A. 1570. art. 218. ap. LVNIGIVM in *Corp. Iur. militar.* f. 79. CRELL d. *de iure militis auxiliarii apud gentes liberas & in S. R. Imperio.* nr. XI. p. 27. ICKSTATT c. d. §. X.

(*d*) *Rec. Imp. Spirenſis* de A. 1570. §. 10. 11. 12. *Ratisbonenſ.*

* Natiuitate Germanos, aſt in bannum declaratos, vel in prouinciis Regi Galliae ceſſis ſedentes, iure ducendi milites Germanos vix gaudere, res ipſa loquitur.

** Vocabulum enim, *eingeſeſſene*, quod occurrit in Capitulatione Leopoldi art. 16. Ioſephi art. 15., admodum generale eſt, in omnes omnino ciues Germaniae quadrans. Vid. HORN c. d. §. XX. LYNCKER *de his, quae perperam ſtatuum libertati accenſentur.* TILEMANN *de conquiſitione militum* c. 2. §. 14.

## §. XXIX.

Denique Germani prouinciarum, quas poſſident immediatas, particulam aliis, ſuperhabito etiam Imperatoris conſenſu, oppignorare*, aut ſub aeris alieni ſoluendi, ſecuritatis praeſtandae, alioue onere in feudum offerre ** queunt (*e*), ſi vel maxime de hac poteſtate ſileant inueſtiturarum literae, priuilegia, pactaque gentilitia ab Imperatore confirmata (*f*), dummodo oppigneratio vel in feudum oblatio fiat 1.) germano (*g*), & 2) ita, vt ſalua ſint imperii iura, nec laedatur ſua oppignerantis, aut in feudum offerentis immedietas ***.

* Sic v. c. Comites Rutheni praefecturas Voigtsberg & Plauen A. 1563. Auguſto, Electori Saxoniae, Ferdinandus II. Auſtriam ſuperiorem Bauaro, & Luſatiam Ioanni Georgio I. Electori Saxoniae oppignerarunt.

** Oblationis Caſtri & ciuitatis Rudolſtadienſis Regi Regnoque Bohemiae factae, FRITSCH *de feudo ſolari* §. XI. aliaque exempla lubens praetereo, quum nec caſus deficiant, quibus integer vel Comitatus vel Ducatus in feudum



(*e*) HERTIVS *de feudis oblatis* §. 23.

(*f*) FROMMANN *de licita oppigneratione particulari feudorum regalium* §. 29. 31. 36.

(*g*) HERTIVS c. l. §. 24.

dum oblatus eſt. Sic v. c. Comitatus Waldeccenſis vna cum omnibus iuribus, *mit allen Zugehörungen, Herrlichkeiten, Rechten, Freyheiten, Gerechtigkeiten*, domui Haſſiacae, & Ducatus Würtembergicus Archiducibus Auſtriae in feudum oblatus eſt. STRAVCH *diſput. exoter.* diſp. V. §. 21.

*** Caſus contrarii, qui in medium proferri queunt, in turbida euenerunt Germania.

**** Quae quoque cauſa eſt, cur in inſtrumento transactionis Cadamenſis haec legamus: *Doch dem Heil. Reich ſeine Obrigkeit und Gerechtigkeit, auch dem von Würtemberg ſein Stand und Stimm im Reich, wie er ſolches zuvor hat gehabt, an gemeldtem Hertzogthum in alle Wege vorbehalten.*

## §. XXX.

Haec ſunt iura vtilia indigenarum Germaniae; ſequuntur *oneroſa*, ad quae referre licebit 1.) quod tributa imperialia conferre, & 2) militiam exterorum principum quandoque ſub poena deſerere, nec minus 3.) copias imperiales hoſpitio gratis excipere teneantur.

## §. XXXI.

In oneribus, quae ciues Germaniae ſuſtinere debent, primum hoc eſt, quod ſteuras, quas vocant, imperiales *Reichs-Steuren, Reichs-Anlagen*, tam ordinarias, v. c. eam, quae facit ad ſuſtentandos aſſeſſores Camerae imperialis &c. quam extraordinarias, vtpote ad declinandum periculum vel Germaniae vel eccleſiae Chriſtianae imminens, ad recuperandas prouincias ab imperio auulſas &c. admodum neceſſarias (*h*), atque de comi-

(*h*) GERDESIVS *de collectis & contributionibus imperii prouinciarum* §. 18.

comitiali liberoque omnium imperii principum & ſtatuum ſuffragio ac conſenſu determinatas (*i*), pendere teneantur (*k*).

## §. XXXII.

Porro ciuibus Germaniae oneri eſt, quod eos quandoque ex concluſo comitiali * a militia extranei principis, qui vel Germaniae vel huius membrorum aut confoederatorum hoſtis factus eſt, auocet (*l*) mox imperator mox ſuperior iſtius territorii, quo ſunt poſſeſſionati **, hocque ſub poena grauiori, ſi de mandati auocatorii legitima publicatione (*m*), & auocati dolo vel contumacia conſtet, non mitiganda, faciat.

* Vnde frequens formula: *So haben wir mit Rath und Zuthun, auch auf fleiſſiges Anhalten und Erſuchen gemeiner Stände des Heil. Reichs, dieſe unſere ernſtliche Warnung, Vermahnung, Gebot- und Verbot-Briefe ausgehen laſſen.* Vid. GERDESIVS *de mandatis auocatoriis* c. 3. in Opuſc. To. I. p. 29. ſeq.

* Probat hoc *Rec. deput. Wormat.* de A. 1564. §. 32. h. v. *Und ſollen die Churfürſten, Fürſten, und Stände hierüber auch ſonderbare mandata gegen ihre Lehnleute, Landſaſſen, Unterthanen, Hinterſaſſen und angehörige ausgehen laſſen.* GERDES. c. l. c. IV. §. 7.

## §. XXXIII.

Statuum quidem imperii eſt, copias Caeſari, imperialis belli tempore (*n*), in ſubſidium mittere, miſſasque



(*i*) *I. P. W.* art. VIII. §. Gaudeant.

(*k*) WILDVOGEL d. *de iure collectarum* th. VI. XXV.

(*l*) GERDES. *de mandat. auocat.* c. 8. 9. 11.

(*m*) IDEM c. tr. c. 14.

(*n*) MASCOV. *de bello imperii ſolemni*. GERDES. c. tr. c. XI. §. 3.

alere, niſi aliter conuentum ſit (*o*); tamen hoc onus in ciues cuique ſtatui ſubiectos redundat, eamque ob cauſam ciuium oneribus non immerito annumeratur.

## §. XXXIV.

Vltimum onus ciuibus imperii R. G. impoſitum hoc eſt, quod milites transeuntes hoſpitio gratis excipere, aut hoſpitii loco numos, *das Quartier-Geld*, ſoluere debeant (*p*).

Poſſemus Sect. II. & III. adiicere, ſed diſputationem, cuius initium fecimus, finire lubet, vt ne ea reddatur ſolitis longior, aut lectori ingerat aliquid faſtidii.

(*o*) MVLLERI d. *de copiis auxiliaribus ſtatuum imperii.*

(*p*) STRYK *de tranſitu militum* membr. 2. ſect. 3. nr. 13. ſq.

---

p. 8. lin. 5. leg. *adiuturus.*

- lin. 9. inſ. poſt v. *pontifice*, ſequentia: ſi de ratione eligendi Imperatorem, quod dicitur, conuenerit, tamen

# CONSVLTISSIMO
# HOFFMANNO
## AMICO HONORATISSIMO
S. P. D.
## D. IO. AVG. HELLFELD.

Tandem venit dies mihi exoptata, qua TE iurium Doctoris dignitate video decoratum. Diu eſt, quod hoſce promerueris honores. Nam quinquennii ſpatium, quod Iuſtinianus imperator eis praeſcripſit, qui iuris ſtudio in academiis dant operam, pridem impleuiſti, & illud quidem non in voluptatibus, vt haud raro fieri ſolet, tranſegiſti, ſed leges canonesque ſtudio verſans indefeſſo dies noctesque. Inſignes in legum ſcientia progreſſus teſtantur ſcripta a TE edita, quibus varia iuris tum publici tum priuati capita ſcite & eleganter ſunt illuſtrata, confirmat eosdem diſputatio de *hypotheca mobilium* quam me praeſide ante triennium defendiſti. Nouum ingenii & eruditionis exemplum iam in publicum edis, conſcripta inaugurali diſſertatione *de iuribus indigenarum Germaniae*, qua & boni ciuis & eruditi hominis laudem TIBI conciliabis. Boni ciuis impleuiſti partes, dum praerogatiuas & iura ciuitatis Germanicae exponis optime. Eruditionem prodit materiae, quam tractaſti, elegantia, rara, quam monſtraſti, lectio, iucunda exemplorum vbique adductorum, varietas, &, quae vbique obſeruatur, vis ingenii & iudicii. Hinc TVIS applaudo honoribus. Faxit ſupremum numen, vt fructus dignos TVIS ſtudiis & eruditione, dignos TVA diligentia conſequaris vberrimos. Vale ac faue.

Scribebam Ienae d. XII. Maii cIɔ Iɔ ccxxxxvii.

LETTRE

# LETTRE DE FELICITATION
## A MONSIEVR
# LE DOCTEVR HOFFMANN.

## MONSIEVR,

Je n'ai pas eu plûtôt l'honneur de Votre connoiſance que Vous m'avez temoigné une affection & une bienveillance particuliere ſans que je me puiſſe flatter de l'avoir meritée en quelque maniere; Vous m'en donnez à preſent une nouvelle preuve m'ayant choiſi pour oppoſer à votre ſavante diſſertation, & quoique je ſois trop foible pour contredire à l'erudition avec laquelle vous avez travaillé Vos theſes, et laquelle vous avez montrée dans d'autres pieces que vous avez publiées, j'accepte & embraſſe pourtant cette occaſion avec d'autant plus de plaiſir & de contentement, qu'elle me fournit les moyens d'être plus proche temoin de l'érudition que Vous montrerez en ſoutenant Vos thêſes, de Vous rendre publiquement les actions de graces que je Vous dois pour toutes les bontés & les marques d'affection dont il Vous a plû m'honorer, enfin de Vous addreſſer mes voeux ſinceres & ardents; C'eſt donc je m'acquite auſſi à preſent, en priant Dieu qu'il Vous conſerve en parfaite ſanté pendant une longue ſuite d'années, & qu'il Vous faſſe jouir le contentement & le plaiſir que meritent Votre érudition & Vos autres éminentes qualités. Je ne doute point, MONSIEVR, de l'accompliſſement de mes ſouhaits & que Vous ne me continuiez à l'avenir Vos bonnes graces, dont je tacherai de me rendre digne, et de Vous montrer en effet que je ſuis avec un eſtime ſans égale,

MONSIEVR,

Votre très humble & très obéiſſant
Serviteur

Etienne Werner de Dewitz
Gentil-homme du Pays de Mecklenbourg.

Jena, Diss., 1747

ULB Halle 3
004 363 167

7

sb.

4018

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-661512-p0035-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-661512-p0036-1

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

DE

# IVRIBVS INDIGENARVM GERMANIAE

QVAM

AVSPICIIS RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

**ERNESTI AVGVSTI**

DVCIS SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET WESTPHALIAE RELIQVA
SVMMI TOTIVS CAESAREI EQVITATVS PRAEFECTI
NEC NON EQVESTRIS PARITER AC PEDESTRIS
LEGIONIS TRIBVNI CAESAREI

CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

*PRAESIDE*

**D. IOANNE RVDOLPHO ENGAV**

CODICIS ET NOVELL. P. P. O.
CVRIAE PROVINCIALIS ASSESSORE SCABINORVM COLLEGII SENIORE
ET FACVLTATIS IVRIDICAE H. T. DECANO

*PATRONO AC PRAECEPTORE SVO AETERNVM DEVENERANDO*

AD

CAPESSENDAM DOCTORIS DIGNITATEM

ANNO A SOT. NAT. CIↃ IↃ CCXLVII. D. XIII. MAII
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

AVCTOR

**IOANNES ANDREAS HOFFMANN**

IVRIS PRACTICVS.

IENAE LITTERIS IO. CHRIST. CROEKERI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-661512-p0037-6